MASS PROPER: AUGUST 13, STS. HIPPOLYTUS & CASSIAN, MARTYRS

MASS Salus autem (red)

INTROIT Psalms 36: 39

Salus autem justórum a Dómino: et protéctor eórum est in témpore tribulatiónis. (Ps. 36: 1) Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Salus autem justórum a Dómino: et protéctor eórum est in témpore tribulatiónis.

COLLECT

Da, quæsumus, omnípotens Deus: ut beatórum Mártyrum tuórum Hippolýti et Cassiáni veneránda solémnitas, et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Hebrews 10: 32-38

Fratres: Rememorámini prístinos dies. in quibus illumináti magnum certámen sustinuístis passiónum: et in áltero quidem oppróbriis et tribulatiónibus spectáculum facti: in áltero autem sócii táliter conversántium effécti. Nam et vinctis compássi estis, et rapínam bonórum vestrórum cum gáudio suscepístis, cognoscéntes vos habere meliórem et manéntem substántiam. Nolite itaque amíttere! confidéntiam vestram, quæ magnam habet remuneratiónem. Patiéntia enim vobis necéssaria est: ut, voluntátem Dei faciéntes, reportétis promissiónem. Adhuc enim módicum aliquántulum, qui ventúrus est, véniet, et non tardábit. Justus autem meus ex fide vivit.

The salvation of the just is from the Lord: and He is their protector in the time of trouble. (Ps. 36: 1) Be not emulous of evil-doers: nor envy them that work iniquity. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The salvation of the just is from the Lord: and He is their protector in the time of trouble.

Grant, we beseech Thee,O almighty God, that the august solemnity of the blessed martyrs Hippolytus and Cassian, may increase both our devotion and our salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, call to mind the former days, wherein, being illuminated, you endured a great fight of afflictions. And on the one hand indeed, by reproaches and tribulations were made a gazing stock; and on the other, be come companions of them that were used in such sort. For you both had compassion on them that were in bands, and took with joy the being stripped of your own goods, knowing that you have a better and lasting substance. Do not therefore lose your confidence, which hath a great reward. For patience is necessary for you: that doing the will of God you may receive the promise. For yet a little and a very little while, and He that is to come, will come and

7/2/19

Errors? help@extraordinaryform.org

GRADUAL Psalms 33: 18-19

Clamavérunt justi, et Dóminus exaudívit eos: et ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos. Juxta est Dóminus his, qui tribuláto sunt corde: et húmiles spíritu salvábit.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Te Mártyrum candidátus laudat exércitus, Dómine. Allelúja.

GOSPEL Luke 12: 1-8

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Atténdite a ferménto pharisæórum, quod est hypócrisis. Nihil autem opértum est, quod non revelétur: neque abscónditum, quod non sciátur. Quóniam, quæ in ténebris dixístis, in lúmine dicéntur: et quod in aurem locuti estis in cubículis, prædicábitur in tectis. Dico autem vobis amícis meis: Ne terreámini ab his, qui occidunt corpus, et post hæc non habent ámplius quid fáciant. Osténdam autem vobis, quem timeátis: timéte eum, qui, postquam occident, habet potestátem míttere in gehénnam. Ita dico vobis: hunc timéte. Nonne quinque pásseres véneunt dipóndio, et unus ex illis non est in oblivióne coram Deo? Sed et capílli cápitis vestri omnes numerári sunt. Nolíte erao timére: multis passéribus pluris estis vos. Dico autem vobis: Omnis, quicúmque conféssus fúerit me coram homínibus. et Fílius hóminis confiténtur illum coram Ángelis Dei.

OFFERTORY Wisdom 3: 1-3

Justórum ánimæ in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum malítiae: visi sunt óculis insipiéntium mori: illi will not delay. But my just man liveth by faith.

The just cried, and the Lord heard them, and delivered them out of all their troubles. The Lord is nigh unto them that are of a contrite heart; and He will save the humble of spirit.

Alleluia, alleluia. The white-robed army of martyrs praiseth Thee, O Lord, Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples. Beware ve of the leaven of the Pharisees, which is hypocrisv. There is nothing covered that shall not be revealed: nor hidden, that shall not be known. For whatsoever things you have spoken in darkness, shall be published in the light; and that which you have spoken in the ear in chambers shall be preached on the house-tops. And I say to you, My friends, be not afraid of them who kill the body, and after that have no more that they can do. But I will show you Whom you shall fear: fear ye Him Who, after He hath killed, hath power to cast into Hell. Yea, I say to you, fear Him. Are not five sparrows sold for two farthings and not one of them is forgotten before God? Yea, the very hairs of your head are all numbered. Fear not, therefore: you are of more value than many sparrows. And I say to you, whosoever shall confess Me before men, him shall the Son of man also confess before the angels of God.

The souls of the just are in the hand of God, and the torment of malice shall not touch them: in the sight of the wise

autem sunt in pace, allelúja.

SECRET

Réspice, Dómine, múnera pópuli tui, Sanctórum festivitáte votíva: et tuæ testificátio veritátis nobis profíciat ad salútem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Matthew 10: 27

Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine, dicit Dóminus: et quod in aure audítis, prædicate super tecta.

POSTCOMMUNION

Sacramentórum tuórum, Dómine, commúnio sumpta nos salvet: et in tuæ veritátis luce confírmet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

they seemed to die, but they are in peace, alleluia.

Regard, O Lord, the offerings of Thy people on the votive solemnity of these saints, and let their testimony to Thy truth profit for our salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

That which I tell you in the dark, speak ye in the light; and that which you hear in the ear preach ye upon the housetops.

May the partaking of Thy sacrament which we have received save us, O Lord, and confirm us in the light of Thy truth. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.